

positum fuisse, ut vina e torculari statim in eum profluerent. *vid. Colum. lib. 12. cap. 26.* Hunc laccum tectorio si-
ve crusta solebant inducere, quem, ubi tector, qui curan-
dum conduxerat, pertuderit, in factum teneri Labeo ait *d.*
l. 27. quia imperitia culpæ annumeratur. *vid. Cujac. 10. obs.*
9. quod ad vietores non incommode applicari potest. De
torculis seu torcularibus, machinis, uvis exprimendis ido-
neis, multa quæri solent, videlicet: An cuivis privato ea in
fundo suo extruere liceat? an immobilibus accenseantur?
an ædificium, vel fundum venditum sequantur? an legato
vel vendito torculo, vasa quoque vinaria, *Butten oder*
Kelter-Geschier? an etiam *der Kelter-Satz*, five jus co-
gendi vicinos, quod emtor habuit, transeat? Quæ omnia
affirmative, additis tamen certis limitationibus, decidit
Dn. Nicolaus Mylerus ab *Chrenbach*, *Metrolog. cap. 18.* De
torculo publico & bannali, ejusque juribus, varia movet i-
dem Autor, *d. l. c. 19. & 20.* quem vide omnino.

RACEMATIO IV

PALMES I.

AD vinum tandem ipsum nos ordo deducit, quod qui-
dam † dictum putant quasi vis numinis, quemadmo-
dum lapis lædens pedem. *οἶνος* Græcis, *ἀπὸ τῆς οἴσεως τὸν*
νῦν ἐμπιπλάν, quod existimatione & vanitate opinionum
mentem impleat, ceu vult Plato; vel *ἀπὸ τῆς οἴσεως* ab e-
molumento. Utrum verum sit, an neutrum, parum re-
fert. Nec etiam definitionem † ejus anxie investigabi-
mus, omnibus quippe constat, nobis vinum nil esse aliud
quam liquorem uveum; tametsi interdum vox hæc aliis
quoque succis tribuatur, proptereaque Græci ad reli-
quorum differentiam *οἶνο ἐμπέλινον* dicere soleat. Vinum
vel